



Kat. kmp.

17640

acut.

I Mag. St. Dr. P

Gajewski Ioan. al. Felicis ingre-  
sus ad barbam Theologiam d. Mat-  
thei Krasnicki - affectus boni  
gratia celebratus.

PANEG. et VITAE

Polon.

N<sup>o</sup> 420

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002467

14.

FELIX  
INGRESSVS  
AD SACRAM THEOLOGIAM,

*Excellentissimo & Adm: Rñdo Dño,*

D. MATTHÆO

KRASNICKI,

S. TH: BACCALAVREO, S. FLORI  
ANI CANONICO, &c. &c.

A

M. JOANNE NICOLAO GASJEWSKI  
*Collega Minore*

Affectus Boni gratiâ celebratus.

Anno Domini, 1647. die 24 Ian:



CRAC, Typis Valeriani Piątkowskiego.

# Adeundem.

*Cur bis Baccarum lauro decoratus es unū?*

*Nam cupid ista scios laurus amica Viros.*

*Unus KRASNOCIVS, MATTHÆVS es unus, in uno  
Baccarum lauros cerno sed eſſe duas.*

*Quanta futura Tuæ ſperas præconia laudis,  
Vnus cuī titulus, non tamen unus bonos.*

*Alter nil gemino geminos Tu sumis honores,*

*Ex uno, eſſe duos quis facit? ipſe facis,*

*Vnum de nibilo Deus olim fecit Adamum,*

*Ex uno ipſe Labor Te facit eſſe duos.*

17640 I

# FELIX INGRESSVS.

**T**Vnctuos M A T T H A E E Sophos relinquens  
Cui sed apprendis magis alta, linques,  
Linque iam felix, magis alta prendens  
Sospes & hospes.

Deseris quando Sophiae Palæstram  
Iam vale dicis Sophiae Palæstra.  
Faustus i, Clio mea dicat Io,

Dicat & ista.

Cum sacræ temet modò das Camænæ,  
Iam vale priscæ modò das Camænæ.

Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & ista

Cum Dei Summum recitas volumen,  
Das vale paruo Sophiae Libello,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & iste.

Sacra cum voluis modò scripta Th o m æ  
Iam vale dicis Ciceronis ori,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & iste.

Cum Patrum sensus reuides acutos,  
Iam vale culto modò das Maroni,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & iste.

Etiamq;

Cum q; Cælestem relegis Mineruam,  
Iam vale nostræ modò das Mineruæ,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & ista.

Cum Virûm linquis grauium Coronam,  
Iam vale dicis grauium Corona,  
Faustus i, Clio mea dicat Io,

Dicat & ista.

Cælitum quando studium reguñas,  
Iam vale dicis studium Platonis,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & iste.

Maior accedit tibi cum Sodalis,  
Iam vale dicis minor ô Sodalis,  
Faustus i, Clio mea dicat Io

Dicat & iste.

Faustus i, nunquam fugies Amicis.  
Nam q; te prompti capient Amici,  
Mente cum prompta cupient Amicum.

I fuge Faustus.

### G R A T V L A T I O.

Janus en letos tibi fert Honores,  
Eia quid lēto moror ipse Ianus  
Si nihil flores et odora præbent

Lilia prati.

Nec valent dulces epule, nec are  
Nec sacris iecus valet agnus aris,

Nee

Nec super flamas streperi rotantes.  
Thuris odores.

Fas nec est Tusco crepitare buxo,

Fas nec est circa nemus, vuidasq;

Vistule ripas studio[la]florum

Nectere sertæ.

Nec Deos, Regesq; cano Deorum:

Sed cano Matthæe Tuos Honores,

Quos super celum cito fert Olorum

Aera penna.

Ergo cum deſunt mihi dona prati,

Dona Parnassi mihi ſunt petenda.

Ergo Parnassi mihi queſo dona

Pandite Muſe.

Cumq; Dirceas imitans Camenas,

Gratulaturas Tibi fundo voces,

Vosq; vos Muſe Dryadesq; gratas

Fundite voces.

Cumq; Celeſti modò plenus Hybla

Jam capis primam ſacra in eae laurum,

Vosq; cum veſtris Dryades Coronis

Reddite Laurum.

Ito facundæ lepor, ito lingue,

Dans Sophocleas hodie loquelas,

Vosq; cum veſtris Dryades Choreis

Ferte loquelas.

Cumq; venturas precorite Lauros

Atq; longe uam precor ire vitam,

Vos.

Vos precaturet Dryades futuram  
Poscite vitam.  
Cumq; sincero Charitum fauore  
Omen annos à tibi sculpo Lauru,  
Omen et Nomen Dryades virente  
Sculpite Lauro.

Crescat annos tua Laurus quo  
Æqua Saturno tua vita crescat,  
Plenior crescas velut ad fugandas  
Luna tenebras.

Nosq; qui fulcis residemus umbris,  
Quiq; Maiorum radis nitemus  
Pojcimus, nobis niteas benigno  
Pectoris igni.

Nec iubar casu facili duarum  
Fronte stellarum patiare condi,  
Gratus Eq; placidaq; mentis  
Luce corusca.

Hoc Tuo quando facies Clienti  
Poscet, ut scandens vetulos ad annos  
Altior crescas, alias capessens  
Vertice Lauros.

### Epigramma Primum.

Siue sub Eo am vertat quis lumina partem,  
Cernet in Eo à parte rigente gelu,  
Siue sub Hesperiam vertat sua lumina partem,  
Cernet in Hesperia parte nitente niues,  
Lucida cumq; Tuà figet quì lumina fronte  
Mox Laurum cernet fronte vidente non am.

Hinc noua fronte Tibi Laurus cum vertice floret  
Æstas in media floret Hyeme Tibi.

## Secundum.

Nuper Aristoteles Sophia cum Doctor adesse,  
Baccarum lauro post sacer esse cupit,  
Nomine cum magni gauderes ante Magistri,  
Post tibi Baccarum laurus odoraviret,  
Quod dicitur nomen postremum, quod minus olim,  
Hoc minus affectas nomen habere deinceps,  
Ergo potest minimum rursus quin prendere nomen?  
At minus est primum Nomen id, Ergo potest.  
Quod minus est maius, res non noua, cernu in astris  
Quod nunc est lunius, postea Maius erit,

## Tertium.

Matres, o matres hominum, concurrite matres  
Cernite quid genitrix, quid parit Alma parens,  
Vnde conueniunt, concurrunt vndeque Matres,  
Atque rogant ex me, quid parit Alma parens?  
Quid parit Alma parens, aurem concedere Matres  
Gratum, Suave, Bonum est, quod parit Alma parens.  
Quid parit Alma parens, Matthaeum querite, dicet,  
Vos Pueros parvus Mater at Almariros,  
Mox Matrum dicit quevis, reuinam mihi tales  
Matthaeos donet Mille vel ipse. Oros.

Sub

Sub Felicibus Auspicijs  
Magnifici & Adm: Rñdi Domini,  
**D. I A C O B I V I T E L L I I,**  
S. Th. Doctoris & Profess: Decani Eccl: Coll.  
S. FLORIANI Studij Vniuersitatis  
Cracouien.  
**R E C T O R I S**  
**Generalis.**



Quos creat Alma Parēs Academia quōs créat? illos  
Pro quibus haud vnum, sed duo Sceptra gerit.  
Ergo duas Lauros Baccarum cum capis vnuſ  
Vni Matthæo fors duo sceptra dabit.

*Vladislaus Szuyiski,  
Public: Lect: Auditor.*



